

pervenerint salutem et apostolicam benedictionem. Dilectum filium Al. subdiaconum nostrum, quem ad partes ultramontanas dirigimus, universitati vestrae attentius commendamus rogantes, monentes atque mandantes, quatinus pro reverentia b. Petri ac nostra et intuitu Romanae ecclesiae, cujus subdiaconus est, praedictum Al. benigne recipientes et honeste tractantes eidem in securo conductu et in victualibus et in aliis necessitatibus liberaliter provideatis, ita quod ex hoc devotio vestra debeat a nobis potissimum commendari. Datum Tusculani¹⁾ sexto idus Septembris.

Aus ms. lat. 14664. f. 135 vo.

Die Ortsangabe Tusculum beschränkt die Entstehungszeit des Briefes auf die Jahre 1178 u. 1180; welches von beiden man zu wählen hat, wird von der genauen Datierung der bei Jaffé unter 8812—14 registrierten Schreiben abhängen. Gehören diese zu 1180, so muss die Sendung des Alexius bereits ins J. 1178 fallen, da der Zeitraum von September bis Ende des J. 1180 nicht ausreichen würde für die Sendung nach England, Schlichtung der Streitigkeiten in St. Andrew und Meldung nach Rom. Die citierten Briefe können nach den vorhandenen Quellen ebensowohl ins J. 1179 wie 1181 gehören.

XIII.

Alexander III. antwortet dem Erzbischof von Salzburg, dass die Ehen, welche von Knechten unter dem Widerspruche ihrer Herren geschlossen seien, nicht getrennt werden dürfen. 1159—1181.

Alexander tertius Salseburgensi archiepiscopo. Tua fraternitas de servorum conjugiiis, quae invitis et contradicentibus dominis contrahuntur, quid fieri debeat ab episcopatu vestro, sicut bene meminimus, requisivit. Super quo taliter duximus respondendum. Sane juxta verbum apostoli, prout tua discretio cognoscit, in Christo Jesu neque liber est neque servus qui a sacramentis ecclesiasticis sit ammovendus, ita quoque nec inter servos debent matrimonia nullatenus prohiberi, et si dominis contradicentibus et invitis contracta fuerint, nulla ratione propter hoc sunt ecclesiastico jure dissolvenda, debita tamen et consueta servitia non ex hoc minus sunt propriis dominis exhibenda.

Aus ms. lat. 14664. f. 151.

1) Cod. Tuscie.